



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 1. Diutijs boni bene, mali malè vtuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

*Cap. V. Qua vitia è diuitijs
potest esse, quòd iam nihil debeant amplius
metuere, quia nihil possunt amplius amit-
tere.*

C A P V T . V.

*Quanta diuitijs & vitijs inter se sit
cognatio?*

§. I.

Diuitijs boni bene, mali male utuntur.

 Aborem, curam, dolorem affe-
runt opes, vt dixi, non tamen ex
se, sed eorum culpâ, qui laborant,
curant, aut dolent. Ast unumquodq[ue] non
hominum, sed rerum pondere iudicandum est.
S. Hiero- ait S. Hieronymus, nec diuiti obſunt opes, si
nym. ep. bene utatur, nec pauperem egestas commenda-
ad Salui- biliorem facit. Et D. Augustinus: *Vt noueri-*
an. *tis, non pecuniam in diuite, sed auaritiam con-*
S. Aug. *demnari: aduertite, quod dico. Reſſicis in illum*
in Plal. 51. *diuitiem ſtantem iuxta te: & forte in illo eſt pecu-*
nia, & non eſt auaritia; in te non eſt pecunia, &
eſt auaritia. Hæc culpabilis, & propter hanc
illa vitabilis eſt; non quia mala, ſed quia,
*ſi in malos incidit, auaritiae ſit nutri-
mentum. Quare ſicut auaritiae reprehensio re-*
dit in diuities, non in diuitias, ita neque in
autho-

1600

authorem diuitiarum; qui bona tribuit,
quæ non nisi hominum abusu mala fiunt.
Itaque qui male diuitys utitur, teste S. Grego-
rio Nazianzeno, miserabilis est, ut ille qui spon-
te se vulnerauerit eo gladio, quem ad vindictam
hostium sumserat. Accipiuntur enim opes,
ut alijs opem possint mortales suppeditare;
at illi in suam perniciem eas convertunt.

Hinc Chilon dicere solebat, *Quod Lydius la-
pis est auro, id aurum esse homini.* Lapis enim

*Laërt. in
vita Chi-
lonis.*

index affrictu prodit, quale sit aurū; ipsum
autem aurum arguit, quale hominis inge-
nium inueniat. Nimirum ut gallinæ ara-
neis pinguescunt; ac rursus ut scarabæi
ipso oleo, quo alij viuunt, occiduntur; ita
boni etiam malis bene, & mali bonis male
vtuntur. Quia verò non mala tantum, sed
etiam occasiones malorum sunt vitandæ,
age etiam hoc nomine contemptum diuitia-
rum suadeamus. Neque enim hîc imitan-
dus nobis est Q. Fabius Maximus, qui cùm,

*Plutarch.
in Fabio.*

capto Tarento, agerentur omnia ferrentur
que, interroganti scribæ, quid fieri de diis
vellet (tabulas & signa innuebat) traditur
respondisse: *Deos iratos Tarentinus relinqua-
mus; planè qui pessimè vellet, diceret: Au-
rum, & opes rem periculosa manariis relinqu-*

99 Cap. V. Quae vitia ē diuitijs

Matth. 4.
3.

mus; & inimici vox est: Hac omnia tibi da-
bo, omnia scilicet regna mundi, & gloria-
eorum. Sed aliter Christus consulit, aliter
de diuitijs loquitur, nouit enim, quam mes-
sem hæc seges ferat; seges bona; sed apud
malos in lolium degenerans. Nam qui vo-
lunt diuites fieri, incidunt intentionem & la-
de temp. queos, & desideria multa & & noxia. Non
timetis? Audite quod sequitur, Que mergunt
homines in interitum & perditionem. Non ti-
mes? radix est omnium malorum auaritia.
Auaritia est esse velle diuitem, non jam esse di-
uitem. Ipsa est auaritia. Mergi non times in
interitum & perditionem? Non times radicem
omnium malorum auaritiam? De agro tuo
extirpas radicem spinarum, & non extirpas de
corde tuo radicem malarum cupiditatū? ait S.

S. Chrys.
lib. Quòd
nemo lze.

Augustinus. Et Chrysostomus: Dinitiarum
sequela, est luxuria, ira intemperans, furor in-
ditur, ni-
instus, arrogantia superba, omnisq; irrationa-
li à seipso. bilis motus. Verè Poëta pecuniam alloqui-
tur:

Propert.
l. 3. & 7.

Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,
Seminacurarum de capite orta tuo.

§. II.

Dinitiarum pericula, & damna.
Etsi enim bonus possit esse usus diuitia-
rum;